K. 36, 15. V. Postera die, ut iussum fuerat, sine mora convocant[a] cetum, congregant[a] populum; conveniunt simul omnes in unum, femina[b] residens in sublimi solio concionatur ad agrestes viros[c]: 'O plebs miseranda nimis, que libera vivere nescit, et quam nemo bonus nisi cum vita amittit[1], illam vos non inviti[d] libertatem fugitis et insuete servituti colla sponte submittitis. Heu tarde frustra vos penitebit, sicut ranas[2] penituit[e], cum ydrus, quem sibi fecerant regem, eas necare cepit. [Aut si nescitis, que sint[f] iura ducis,

temptabo vobis ea verbis dicere paucis.]

Inprimis facile est ducem ponere, sed difficile est positum deponere; nam qui modo est sub vestra potestate, utrum eum constituatis ducem an non, postquam vero constitutus fuerit, vos et omnia vestra erunt eius in potestate. Huius in conspectu vestra febricitabunt[g] genua, et muta sicco palato adherebit lingua[3]. Ad cuius vocem pre nimio pavore vix respondebitis: "Ita domine, ita domine"[h], cum ipse[i] solo suo nutu sine vestro preiudicio hunc dampnabit et hunc obtruncabit, istum in carcerem mitti, illum precipiet in patibulo suspendi. Vos[4] ipsos[k] et ex vobis, quos sibi libet, alios servos, alios rusticos, alios tributarios, alios exactores, alios tortores, alios[l] precones, alios cocos seu pistores[m] aut molendinarios faciet. Constituet etiam sibi tribunos, centuriones, villicos, cultores vinearum simul et agrorum, messores segetum, fabros armorum, sutores pellium diversarum et coriorum. Filios vestros et filias in obsequiis suis ponet; de bubus etiam et equis sive equabus seu peccoribus vestris optima queque ad suum placitum[n] tollet[k]. Omnia vestra, que sunt potiora[o] in villis, in campis, in agris, in pratis, in vineis, auferet et in usus suos rediget. Quid multis moror? Aut ad[p] quid hec, quasi vos ut[q] terream, loquor? Si persistitis

I, 5 *(A. B. C)*. — a) convocat ... congregat *B. C.* b) fem. Lubossa *A 3.* c) viros dicens *A 3.* d) inunti *(mit Strichelchen über* n*) A 1.* e) pen. ran. *C 1a**; sicut r. p. *fehlt A (4). 4a.* f) sunt *A 2a. 4a. C 1a.* g) febricita habet *A 1 (am Rande von 2. Hd.:* febricitabunt*). A 1a. 2 (korr.* febricitabunt*). 4a*; febricitata labentur *(A 4).* h) *das zweite* ita dom. *fehlt A 2.* i) *fehlt A 3.* k) *fehlt A 2a*; vos ipsos — tollet *fehlt A 1a.* l) *fehlt A 3.* m) piscatores *A 3.* n) palacium *A 1*; palat. *A 2a**; pallac. *A 2b*; *vgl. Du Cange V,* 281, *Sp. 3.* o) vestra queque pecora sunt *A 3.* p) *fehlt B;* ad quid ad hec *A 1.* q) *fehlt A 2a. C 3.*

1) *Sall. Cat.* 33, 4: libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. 2) *Vgl. Phaedr. I,* 2. 3) *Ezech.* 3, 26: Et linguam tuam adhaerere faciam palato tuo; *Thre.* 4, 4: Adhaesit lingua lactentis ad palatum eius in siti. 4) *Zum folgenden (bis* rediget *Z. 32) vgl. I. Reg.* 8, *worauf J. P. Czumpelik, Eine Anmerkung zur Kritik des Cosmas, in: Mitteil. d. Vereines f. Geschichte d. Deutschen in Böhmen LII* (1914), 358—364, *besonders hinwies; vorher schon Regel a. a. O. S.* 19 *u. a.*

in[a] incepto et non fallitis voto, iam vobis et nomen ducis et locum ubi est indicabo'. Ad hec vulgus ignobile[1] confuso exultat[b] clamore; omnes uno ore ducem sibi poscunt dari. Quibus illa: 'En', inquit, 'en ultra illos montes' — et monstravit digito montes — 'est[c] fluvius non adeo magnus nomine Belina[d], cuius super ripam dinoscitur esse[e] villa, nomine Ztadici[f][2]. Huius in territorio est novale unum in longitudine et in latitudine[g] XII[h] passuum, quod mirum in modum, cum sit inter tot agros in medio positum, ad nullum tamen pertinet agrum. Ibi dux vester duobus variis bubus arat; unus bos precinctus est albedine et albo capite, alter[i] a fronte post tergum[k] albus et pedes posteriores habens albos. Nunc[l], si vobis placet, meum accipite thalitarium[m] et clamidem ac mutatoria duce digna et pergite ac mandata populi atque mea referte viro et adducite vobis ducem et mihi maritum. Viro nomen est[n] Primizl[o], qui super colla et capita vestra iura excogitabit plura; nam hoc nomen latine sonat premeditans vel superexcogitans. Huius proles postera[p] hac[q] in omni terra in eternum regnabit[r] et ultra'[3]. K. 36, 34.

VI. Interea destinantur, qui iussa domne et plebis ad virum perferant nuncii; quos ut vidit domna quasi inscios de via cunctari: 'Quid', inquit, 'cunctamini? Ite securi, meum equum sequimini, ipse vos ducet[a] recta via et reducet[4], quia ab illo non semel illa via est trita'.

Vana volat fama[5], nec non et[b] opinio falsa, quod ipsa domna equitatu phantasmatico[c] semper in noctis

a) *fehlt A 3.* b) exaltante *A 3.* c) ubi *BC.* d) Belena *A 4. 4a*; Byelina *A 2b*; Biel. *C 1b*; Ryel. *C 2b.* e) *fehlt A 3.* f) Ztadiczi *A 1. (4). 4a*; Ztadice *C 3*; Stadici *A 2a. C 2**; Stadice *C 1b*; Stadycie *A 2b.* g) et in lat. *fehlt A 3*; in *fehlt C 3.* h) duodecim *C 1b. 2*; XXII (22) *A 2a**. i) et alter *A 2a.* k) tegry *A 1.* l) hunc *C 1b. 2.* m) thalith. *A 3b*; talith. *A 3a. B*; talit. *A 1a*; thalarium *A 2a**; talitarium, *korr.* thalarium, *C 3.* n) *fehlt A 2.* o) Premizl *A 1a. B* fast immer, A 2a oft*; Premizl *C 3 öfter*; Przyemisl *A 2b fast immer*; Przyemysl *C 1a. 2a öfter*; Przemysl *C 1b fast immer*; *bald* Primysl, *bald* Przi(y)my(i)sl *C 2b.* p) postea *(A 4). C 3.* q) hęc *A 1.* r) *fehlt A 2.*

I, 6 *(A. B. C)*. — a) adducet *A 2*; deducet *A 3.* b) *fehlt A 3.* c) fant. *A 1. 1a. 3. C 1. 2b.*

1) *Verg. Aen. I,* 149: ign. volgus. 2) *Wie die gesamte von Cosmas überlieferte Sage hat auch die im besonderen auf Staditz (Ger.-Bez. Aussig) bezügliche und was damit im Zusammenhang steht, ihre entschiedenen Leugner, als deren Wortführer wiederum A. Brückner und V. Tille gelten, sowie ihre Verteidiger, in erster Linie V. Novotný; ihm schließt sich A. Urbánek an, der in einem längeren Aufsatz: K české pověsti královské [Zur böhmischen Königssage] in: Časopis spol. přátel starožitnosti českých v Praze,* XXIII (1915), 5*ff. die hierüber geäußerten älteren und neueren Ansichten einer eingehenden Untersuchung unterzieht.* 3) *Ex.* 15, 18: Dominus regnabit in aeternum et ultra. 4) *I. Reg.* 2, 6: Dominus ... deducit ad inferos et reducit; *vgl. Tob.* 5, 15; 12, 3; *Sap.* 16, 13. 5) *Verg. Aen. III,* 121; *VII,* 392; *VIII,* 554: fama volat.